



Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Bernardi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

Iis fuit, nunc Coloniæ, nunc in Indijs
ad latus S. Xaverij. IV. Agilitatem,
quis enim nescit, quām frequenter à
terra in aërem multis elevatus cubito
tempore orationis visus fuerit. Lanci-
cius in gloria S. Ign. c. 6. item Virgilius
Nolarci in vit. c. 35.



FESTUM S. BERNARDI

Laus.

THESIS I. *In Vita sua suffulsi domum,*
& in diebus suis corroboravit Templum,
Eccl. 50. v. 1. S. Bernardus confide-
rari potest: I. Ut Egregius Defensor
Ecclesiæ. II. Ut Severus Cenfor
Mundi. III. Ut Fidelis Dux ad Per-
fectionem. Bretteville.

Spiritus.

THESIS II. *Ecce ego dabo ei spiri-
tum.* Eccl. 37. v. 7. I. In eo fuit
Spiritus Christi, nam fuit Sapientissimus.
II. Spiritus Moysis, nam fuit Mitissimus.
III. Spiritus Eliæ, nam fuit Zelancissi-
mus. La Selve festo S. Franc. Salesij.
THE.

THEISIS III. *Omnibus omnia fa-* *Laus.*
dus. I. Cor. 9. v. 22. S. Bernardus
I. Abbas est Solitarius conversativus.
II. Contemplator activus. III. Mor-
tuus vivus ad bonum omnium. Ceri-
ziers in Elogijs Sacris.

THEISIS IV. *Dilectas Deo & ho-*
minibus. Eccl. 45. v. 1. S. Bernar-
dus est I. Gratirosus apud Magnates.
II. Plenipotentiarius in rebus ac nego-
tijs maximè arduis sæculi sui. III.
Oraculum Synodorum ac Concilio-
rum. IV. Instructior Pontificum. Id.
ibid.

THEISIS V. *Laus ejus in Ecclesia* *Sanctus*
Sanctorum. Pl. 149. v. 1. I. S. Ber-
nardus Abbas fuit Sanctus, qui per vi-
tam solitariam Seipsum sanctificavit.
II. Sanctus, qui suos Religiosos per ze-
lum suum, quo in illorum Perfectio-
nem exarsit, sanctificavit. III. San-
ctus, qui Externos seu Sæculares pu-
ritate suæ Doctrinæ sanctificavit.

THEISIS VI. *Virtutes operantur* *Constans,*
in illo. Marc. 6. v. 14. S. Bernardus
fuit I. Devotus, cuius constantia nullis
convitijs, & injurijs quassari potuit.
II.

II. Pœnitens, cuius constantia nullo labore, & austeritate vita commova valuit. III. In Charitate Perseverans, cuius constantia nulla injustitia, vel in gratitudine concuti sustinuit.

*Christo
charus.*

THESSIS VII. Imitatores mei estis, sicut & ego Christi. 1. Cor. II. v. 1
I. Consolations, quibus abundavit in solitudine, eum Christo Solitario Dilicetum, & apud ipsum gratiosum ostenderunt. II. Mirabiles progressus in Pœnitentia, ipsum Christi Crucifixum Amicum intimum comprobaverunt. III. Victoriae, quas de sua liberate in medio Creaturarum reportavit, cum gratiosum apud Christum Resurgentem demonstrarunt.

Tentatio.

THESSIS VIII. Quia acceptus est Deo, necesse fuit, ut tentatio probaretur. Tob. 12. v. 13. Deus permittit nos tentari. I. Ad probandam nostram Felicitatem. II. Ad reparandos nostros Defectus præteritos. III. Ad augendum nostrum Meritum. IV. Ad demonstrandam nostram Imbecillitatem. V. Ad obligandum nos ad Orationem, seu petendum Auxilium. Crasset in Confid. Sabath, in Octava Pentec.

FE